

BULLA IVLII.II. PON. MAX.  
SVPER PRIVATIONE AL  
PHONSI DVCIS FER-  
RARIAE.

75  
ВЛАДИМИРСКАЯ  
СИБИРСКАЯ  
ПРИЧАСТЬ  
МАЯЯ

**VLIUS EPISCOPVS SERVVS**  
 Seruorum Dei ad futuram rei memoriam.  
 i Romaní Pontificis auctoritas sup uniuersas fidelium nationes nobis licet immeritis  
 nō terrena potētia sed disponēte omniū creatore con-  
 cessa exposcit: ut aduersus quoslibet p̄fertim Aposto-  
 licæ sedis uasallos: qui dignitatibus ab altissimo & se-  
 de p̄fata sublimati gratiarū atq; donorum recepto  
 immemores & ingratī & ad modū Sathan abutentes  
 eisdē cōtra Ro. ecclesiā cornua erigere cōtraq; eius san-  
 ctiones tam prouide/q; salubriter editas, improbis co-  
 natibus & ausib; temerariis uenire/ac ab eoꝝ debita  
 fide deficere p̄sumūt: si ipsius ecclesię & urgētis fide-  
 litatis zelus per exhortationis ac monitionis modum  
 proficere nō possint mucrone spirituali uibrato & alias  
 prout decēs est exurgat, ut quos Dei timor ab illicitis  
 non reuocat pro demerito culpæ seu eritas cohereat di-  
 sciplinæ. Sane licet olīm Fe.re. Sixtus Papa. iii. prede-  
 cessor noster postq; aduersus Florētinōs obuiolatā ab  
 eis ecclesiasticā libertatē brachio sacerdulari utens bellū  
 indixerat: ac uniuersis & singulis Ducibus/Marchio-  
 nibus/Comitibus/ Baronibus/ Domicellis/ Vicariis/  
 & Vasallis in Ciuitatibus Terris & Locis eidē Ro. ec-  
 clesiæ mediate uel īmediate subiectis cōstitutis: ne ad  
 eorūdem Florētinōꝝ seu eis fauentium stipēdia mili-  
 tare ac alias se illis locare: seu aliquod consilium auxi-  
 xilium uel fauorem eis p̄stare auderēt districte p̄z-  
 cipiendo mandauerat: & in contrafacentē excōis sen-

rentia promulgauerat: ipsosq; criminis lese Maiestatis  
reos esse decreuerat: ac Vniuersitates/Populos/Com-  
munitates/Castras/Villas/& loca eorū ecclesiastico sup-  
posuerat interdicto/eosq; & eorū quilibet oibus fœu-  
dis/dominis/& bonis ac priuilegiis/indulgentiis/gra-  
tiis/immunitatibus/honoribus/officiis/iuribus/& iuris  
dictionibus:qua ab ecclesia & sede prædictis obtine-  
bant priuauerat:& ad illa ac ad similia obtainenda eos  
& eorum descendentes inhabilitauerat: ipsorumq; bo-  
na omnia confiscauerat.Q uondam Herculé ex mar-  
chionibus Esteñ.tunc in humanis agentem & quem  
antea idem Syxtus prædecessor ducali dignitate & ho-  
nore decorauerat & in ciuitate nostra tūc sua Ferrarieñ  
eiusq; comitatu & districtu Vicariū in temporalibus  
generalem cōstituerat quiq; ratione Vicariatus huius-  
modi & iuramenti per eū præstiti beato Petro & Sixto  
prædecessori ac sedi prædictis fidelis esse & contra Si-  
xturn prædecessorem & ecclesiā huiusmodi seu illius  
statum uerbo uel facto/directe/uel indirecte/publice/  
uel occulte/per se/uel aliū/nil attemptare debebat con-  
tra ea ad quę tenebatur:& mādata Syxti prædecessoris  
huiusmodi quoq; ignarus nō erat ueniendo ad eorū  
dem Florentinorū & eis fauētium stipendia se locare/  
& ad id se obligare/ac onus ducis gentium armorum  
eorūdem Florentinorū assumere/& stipendia promis-  
sa recipere/ac cum suis & aliis gentibus armigeris ad  
eorundem florentinorū stipendia militantibus nō so-  
lum eosdem Florentinos & eorū loca dominii tueri &

defendere: sed etiam agrum Senesiū. Qui in dicto bello eidem Sixto predecessori fauebant & de eius mandato arma sumpererant) inuadere & depopulari castra & loca obsidere capere ac diripere & aialia ī p̄dā ab ducere incolas ipsos captiuare: nonnullaq; alia excessus reatus & crimina perpetrare pr̄sumperat: de fratum suorum consilio de quorū numero tūc eramus: rebellem & criminis leſe maiestatis reū ac p̄enitēias quas īre belles & hīmōi criminis laſe maie. reos iura statuerāt: subiectū: necnō periurū: & fidei fractorem: & maioris excommunicationis sentētiaz mucrone percussum: ac du cali dignitate uicariatuq; nennō oībus feudis dominiis bonis priuilegiis indulgētiis gratiis immunitati bus honoribus officiis & iurisdictionibus quæ ab ecclēsia & sede pr̄dictis tunc obtinebat priuatū: & cum suis filiis & nepotibus ad illa & similia imposterū obtinēda inhabilitatū ac bona eius cōfiscata ciuitatē uero Ferrariensem eiusq; comitatum & districtū ac Ca stra & loca Comitatus & Districtus eorūdē ad pr̄famatam ecclesiam libere deuoluta esse: & sibi cum illorum habitatoribus immediate subesse: & eosdem incolas & habitatores ad obediendum eidem Herculi eiusq; locuteneñ & officialibus: & ad p̄stiti sibi per eosdē in colas fidelitatis iuramenti cuiuslibet obseruationē nō teneri: sed absolutos fore ac liberos declarasset: prout ī diuersis līris apostolicis Sixti predecessoris desup respectiue cōfectis plenius continetur. Tamē idē Sextus predecessorum deinde dilecti filii Dux & dominū

Venetorum ciuitatē ipsam Ferrarieñ bello premeret eidē  
Herculī Duci quē excōmunicatū priuatū & inhabilē  
ut preserf tollerabat fauere uolens:& ad ipsius ciuita-  
tis liberationē animū applicans:ac illi summis uigi-  
lis laboribus & expensis incumbens:eosdem Ducem  
& Dominiū Venetorū monuit:& mandauit eisdē ut a  
bello & obsidione Ferrarieñ desisterent:& occupata  
restituerent:& cum ipsi monitionib⁹ & mādatiſ hu-  
iusmodi ptinaciter nō obediſſent/quāuis diutius expe-  
ctati ad cēſuras ecclesiasticas processit:& tandem illis cē-  
ſuras ipsas paruipendētibus brachio ſeculari cōtra eos  
utendo eis bellū indixit:nuntiosq⁹ cū potestate Lega-  
ti de latere etiam ad illas partes constituit:ac ciuitatem  
ipsam Ferrarieñ non absq⁹ grauibus expensis ab obſi-  
dione liberauit. Et postmodum pīæ me . Innocentius  
Papa.yiii.& Alexander.vi. Romani Pontifices pde-  
cessores nostri nō ſolū eūdē Herculē post obitū Sixti  
prædecessoris i Vicariū ciuitatis huiusmodi tollerarūt:  
ſed idē Alexander prædecessor censum quattuor mi-  
lium ducator⁹ auri de camera ratione Vicariatus hu-  
iusmodi cameræ Apostolicæ debitū annis singulis ex-  
minus legitimis cauſis cū euidentissima eiusdē Ro.ec-  
clesiæ leſione ad centū ducatos ſimiles cum totius po-  
puli murmuratione & oblucutione reduxit:ac Plebis  
& Centi Bononieñ Diocesis caſtra cum euidenti dā-  
no Bononieñ ecclesiæ ad quā legitime pertinebat no-  
bis inuitis:quibus ſemper animo fuīt rerum ecclesiasti-  
carum recuperationi q̄ alienationi intendere:ac potius

dictæ ecclesiæ Bononiæ, cuius administratores tunc  
eramus administrationi cedētibus q̄ illorum dismem-  
brationi consentire uoleñ dismembrauit: Illaq; eidem  
Herculi pro se/suisq; heredibus & successoribus dedit  
ac illius filiū Hippolytū Cardinalatus honore decora-  
uit: illiq; duas Metropolitān. & duas Cathedrales ec-  
clesias ac plurima monasteria opulenta & pinguia be-  
neficia concessit: Ducatus dignitatem in dicta domo  
perpetuam esse uoluit. Esteñq; nomen in Italia cele-  
bre fecit. Nos uero eiusdem Sixti prædecessoris & se-  
cundum carnem Patrui nostri diuina prouidētia suc-  
cessores effecti in ciuitatibus & locis dictæ Romanæ  
ecclesiæ mediate & immedieate subiectis homines ho-  
neste & quiete uiuere ac iustitiā seruare: tyrannoſq; ab  
eis expellere prout nostro incumbit officio desideran-  
Bononiam & ad nōnullas alias ciuitates cum uenera-  
bilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ car-  
dinalibus non sine nostro maximo incōmodo accedē-  
tes extinctis in Viterbiæ, Perusiæ, Cesenate, & aliis  
locis Romandiæ nobis subiectis seditionibus quæ  
in aduentu claræ me. Caroli regis fraciæ ad Italiam &  
tempore quodā Cæsaris Duci Valéntini exortæ fuerat:  
ac expulso tyrano potiti dicta ciuitate Bononiæ: in eaq;  
pro illius quietis cōseruatione constructa arce muni-  
tissima animum ad recuperadū ciuitates alias Romā-  
diæ per eosdem Venetos occupatas: & ipsam Ciui-  
tatem Ferrariensem in qua prefati Veneti Vicedominū  
ius inibi dicentem: & alia signa superioritatem deno-

tantia exerceente ab huiusmodi seruitutis iugo liberan-  
dum applicates: Ut huiusmodi iustum nostrum desi-  
derium adimplere possemus iniquitatis filium & per  
ditionis alumnū Alfonsum Esteñ. dicti quondam  
Herculis primogenitū nō solum tanq; Ducem & Vi-  
carium nostrum in temporalibus in dicta ciuitate Fer-  
rarien tollerauimus/diminutionē dicti census adeo in  
honestam & dimembrationem dictorū oppidorū Ple-  
bis & Centi æquanimiter ferēdo/sed ipsum Ro.eccle-  
siæ uexilliferum & Confalonerium creauiimus/illūq;  
in hmōi dignitatis cōcessione Carissimo in Xpo filio  
nō. Lu.francog; regi Christianissimo illā petenti pre-  
tulimus. Sperātes magis dictę ecclesiæ Ro.conducere  
dignitatē ipsam eius uasallo & ciuitatibus ipsius ecclē-  
siæ prompta auxilia præbere ualenti q; alteri extra Ita-  
liam concedere/& non sine nostra magna impensa ci-  
uitates occupatas huiusmodi recuperantes ipsum Al-  
phonsum a dicto seruitutis iugo liberauimus/ac peti-  
tiones suas ad exauditionis gratiam requisiti liberali-  
ter admisiimus: paternaq; dilectione semper prosecuti-  
fuius. Ipse tñ Alphonsus rebellionis/ ingratitudinis  
& inobedientiæ paternæ imitator in reprobū sensum da-  
tus beneficiorūq; a nobis & p̄decessoribus nostris/ac  
ab eadē sede receptorū immemor:& qui antea in eius  
fratres germanos nobis inconsultis seuire; illosq; diris  
& asperis carceribus mancipare/in causa propria ius  
sibi dicere/ac ī locis Vicariatus huiusmodi falsam mo-  
netam cuđi facere/ & decedentium abintestato bona

nullo iure sibi debita occupare/ac subditos nostros ui  
cariatus huiusmodi sibi cōmissos/pessime regere & gū  
bernare:presbyterosq; nulla præcedēte degradatione  
de facto ultimo suppicio tradi facere:nostrisq; & eius  
dem Ro,ecclesiat notoriis rebellibus præsertim Béti.  
uolis/receptū i castris/oppidis/& locis dicti uicariatus  
huiusmodi:aliaq; auxilia/cōfilia & fauores eis contra  
alias litteras nostras dare:excōmunicatos publice nun  
ciatos ad diuina admittere:puisiones Apostolicas de  
beneficiis ecclesiasticis factas illarūq; effectus:obser  
uationēq; interdictorū in ecclesiis & locis Vicariatus  
huiusmodi/Apostolica auctoritate appositorū: liber  
tatemq; ecclesiasticam in nostrum & dicta sedis cla  
uiumq; cōtemptū/multiplíciter impedire nō expauit:  
temerario ausu cornua cōtra nos & dictam sedem eri  
gens uelut i gratus.Et a bo.me. Georg.tit.sancti Sixti  
Presbytero Car.ac in Regno Frācia & partibus illis  
dicta sedis legato:tunc in humanis agente/Viro utiq;  
in dicto Regno/& apud dictum Christianiss.Regem  
magnæ auctoritatis existente/zizaniæ & discensionū  
satore/ac omnibus artibus ad summum Apostolatum  
etiam nobis in dicta sede ex Dei clemētia sedētibus:  
cōtra canonicas sanctiones temere anhelāte/ac ea quæ  
poterat cōtra nos & præfatam Ro,ecclesiā moliri tra  
ctante:cum quo maximam intelligentiā & amicitiam  
habebat sibi fauente iuramento proprio contrauenī  
do/sub protectione amicitia adherentia & confedera  
tione dicti Regis Frācia recipi procurauit/& receptus

B

fuit: in perniciem & damnum nostrum & Apostolicæ  
sedis prædictæ ut euentus docuit: ac ut spretis manda-  
tis nostris pro libito uoluntatis quæ animo concepe-  
rat liberius exequi. & in graue damnum eiusdem Ro.  
ecclesiæ Sal in comitatu Comaclieñ. ad dictam Eccle-  
siā legitime pertinēte: quod ipse impudēter negare nō  
erubescit Fabricari facere gabellas & angarias siue por-  
toria augere & noua pedagia & angarias imponere ut  
exigere posset: prout re ipsa statim post suscep̄ta prote-  
ctionē huiusmodi sub qua se tutū asseruit: fabricare ac  
ministris præfati Regis ad certam summā salis certis  
annis & pro certo precio tunc expressis distribuēdam  
in terris & locis Ducatus mediol. publico instrumēto  
se obligauit: necnō augere & de nouo imponere ac exi-  
gere fecit: in dictorum subditorū & aliorum fidelium  
Cameræq; Apost. etiā ultra summā. xxy. milliū Duc.  
Aur. annuatim ex fabricatione salis prædicti præaudi-  
cium & dictæ sedis contemptum. Et cū indies de præ-  
fato Alphonso super præmissis querele ad nostrum de-  
ferrentur auditum: eius animæ saluti ac subditorum  
nostrorum indemnitatī more Pii patris consulere:  
ipsumq; a præmissis retrahere cupientes: per diuersas  
nostras in forma breuis litteras: ac alias sibi significaui-  
mus: ut pluris conscientiā suam q̄ illicitum lucrum fa-  
ciens a fabricatione dicti salis abstineret: dictāq; pro-  
tectionē & confederationem contra nos & ecclesiam/  
initam dimittere: Gabellas pedagia & portoria huius-  
modi penitus tollere: populisq; nr̄is & aliis qbuscūq;

5.

merces & bona sua quocunq; uellent prout hactenū  
consueuerant atq; fecerant deferre permitteret; ne iusti-  
tia id suadente eum anathematis & excommunicationis  
& alias sentētias cēsuras & pēnas in bulla quā legit̄ ī  
cōēna dñi cōtētas īcurrisse declarare cogeremur: & etiā  
per dilectū filium magistrum Maximum Gratū No-  
tarium cubiculariū & familiarem continuū cōmensa-  
lem specialē nunciū nostrum ut a fabricatione salis &  
auctiōne gabellag; ac noua pedagiorū & angariarum  
impositione & exactiōne sub dictis in bulla Iouis san-  
cti nuncupata contentis: & indignationis nostræ: ac  
aliis grauibus pœnis a p̄missis desistere deberet: pa-  
terne requisitus & monitus fuerit: ipseq; monitioni &  
requitioni nostris prædictis parere uelle simulās seu  
singens: non tamen considerans clementiam: gratiam  
& pietatem quibus præfati prædecessores & nos erga  
ipsum Alphonsum & Herculem eius genitorem præ-  
fatos benigne usi fueramus: sed eius ab ipsa natura cō-  
tra eandem Ro.ecclesiā & Romanos Pontifices insi-  
tam innatāq; perfidiam & rebellionem elata obstina-  
tione sequens mādatis nostris huiusmodi obtēperare  
effectualiter denegauit & recusauit: ac ī p̄missa pro-  
tectione & cliteela cōfidens & cōtra nos ingrate & cō-  
tumaciter eleuat̄ sal ī dicto comitatu Comacleñ. ī gra-  
uem dictx Ro.ecclesię lesionem fabricare: & gabellas  
auctas ac pedagia & portoria de nouo imposta in di-  
ctorum subditos nostrorum etiā ciuium Ferrarieñ. &  
aliorū personarum maximum præiudicium & dicta

*a.*  
Sedis contemptum: ut præfertur exigere: ac in eius fra  
tres germanos nobis inconsultis & absq; nostra licen  
tia sequire: illosq; diris carceribus mancipare: & in cau  
sa propria ius sibi dicere incursionesq; & caualcatas in  
terras dictæ Ro. ecclesiæ subiectas: & innumerabilia  
damna facere: ac de nobis & Sedis Apostolicæ præ  
dictæ potestate obloqui: & omnem nostram & dictæ  
Sedis auctoritatē floccifacere & subsanando deridere:  
Nosq; super huiusmodi salis fabricatione coram ma  
gno Consilio præfati Regis ad iudicium euocari face  
re attemptauit: & Bētiuolis nostris ac Ro. ecclesiæ ho  
stibus & rebellibus ac a nobis disfidatis i terris & locis  
eorum receptū: & fauorem contra tenorem litterarum  
nostrarum auxiliūq; & consilium ut præfertur presta  
re presumpsit. Propter q; excommunicationis maioris &  
anathematis sententias: periurii & sacrilegii reatum: ac  
oīum priuilegiōꝝ: gratiagꝝ: libertatū: imunitatū realiū  
& personalium. Vicariatuū fœudatoꝝ locationū terra  
rum fortalitorum castrorum iurisdictionum dignita  
tuum etiam confalonieratus prefati: & quarūuis cōces  
sionū que a predecessoribꝝ nostris Ro. Pont. & nobis  
eadēq; Ro. eccl. & qbusuis aliis ecclesiis obtinere di  
gnoscitur priuationis cōfiscationis ac inhabilitatis ad  
illa & quælibet alia similia uel dissimilia in posterum  
obtinenda ac quoslibet actus legitimos exercendos in  
talia perpetrantes per diuersas constitutiones Aposto  
lica auctoritate & per diuersos Ro. Pontifices præde  
cessores nostros dudum editas approbatas cōfirmatas

& etiā a nobis emanatas & publice editas & promul-  
gatas poenas necnon rebellionis & lēsa maiestatis cri-  
men damnabiliter ipso facto incurrit: remissioneq; pri-  
mæ priuationis si qua forsan prætenderetur per tolle-  
rantiam uel alias quomodo libet facta aut causata per  
recidiuationē huiusmodi se idignū reddidit: in graue  
anime sue periculū diuinę maiestatis offendam Apo.  
auctoritatis & iurisdictionis cōtemptū perniciosumq;  
exemplum & scandalum plurimorū. Nos igitur atten-  
dentes præmissa super quibus seu eorū aliquibus Di-  
lectus filius noster Frāciscus tit. sancte Cecilię presby-  
ter Car. in partibus illis noster & dictæ Sedis legatus  
cōtra eūdē Alphonsum de mādato nostro processum  
formauit: & testes recepit: & per eorum attestationem  
comperit ea ueritate subniti & notoria fore: & q̄plura  
alia excessus & delicta per eūdē Alphonsum cōmissa:  
quæ profecto grauissima sunt & nephanda: ut præfer-  
tur. De quibus plenam certam & indubitā notitiam  
habuimus & habemus adeo notoria etiam facti per-  
manentis & manifesta indubitata ac nullo modo excu-  
sabilia eē prout sunt: ut nulla possint prorsus tergiueri  
satione celari: & excusatione uel allegatione defendi:  
nec esse ppterēa clausis oculis sub silētio prætereūda.  
Ac uolentes ut ex debito pastoralis astringimur officii  
debitē prouidere: temerariorumq; ausus & ingratorū  
petulātiā reprimere: ac eum tali plectere poena ut ce-  
teris sit exemplum. Et tādē metus poenæ sit meta ma-  
lorum: cum absq; graui offensa Christi tantas inqui-

tates & i<sup>g</sup>ratitudines amplius tollerare nō ualeamus:  
cogamurq; urgente cōscientia iuste animaduertere in  
eūdē phabita sup pr̄missis & q̄plurimis aliis eius ne-  
phandis excessibus & delictis:cū uenerabilibus fratri  
bus nostris eiusdē Ro.eccle.Car. deliberatione matu-  
ra& diligentē: Cum Iesu Christi uices licet immeriti  
teneamus in terris: nobisq; in eiusdem Vicarii Beati  
Petri persona sit dictum. Quodcūq; ligaueris sup ter-  
ram erit ligatum & in cœlis. Et per Psalmistā scriptū.  
sup Aspidē & Basiliscū ambulabis:& cōculcabis leo-  
nem & draconem. Prefatum Alphonsum propter ex-  
cessus errores & delicta perpetrata & cōmissa hmōi no-  
bis notoria & nullo modo nulla excusatione & allega-  
tione/asseueratione uel pbatione excusabilia/majoris  
excois & anathematis sententiā/periurii & sacrilegiī rea-  
tus:ingratitudinis/rebelliōnis/& lese maiestatis crimi-  
na damnabiliter incurrisse. Omnibusq; & singulis in-  
dulgentiis/remissionibus/tollerantiis/gratiis/priuile-  
giis/libertatibus/immunitatibus ī dicto Vicariatu &  
Ducatu Ferra.aliisq; fœudis locationibus/honoribus  
dignitatibus etiā cōfalonieratus pr̄dicti terrisq; ciui-  
tatibus/castris/oppidis/fortilitiis/locis/iuribus/iurisdic-  
tionibus/& bonis quibuscunq; /quæ quoūis modo  
obtinebat:ac in quibus & ad quæ ius sibi quomodoli-  
bet competebat. Et propter tot & tātas perpetratas ini-  
qtates:& reiteratas i<sup>g</sup>ratitudines & delicta:oēs & sin-  
gulos eius ex dicto Hercule fr̄es germanos aliosq; de  
eorum familia ex̄ntes/etiam ī p̄missis seu eorū ali-

quibus uel ad illa quomodolibet ius habētes & habe-  
re prætendētes: quorū nōia & cognomina ac qualitates  
oīumq; & singularē litterarū prædictarū tenores presen-  
tibus p sufficiēter expressis haberi uolumus. Ac oīum  
eorum posteros & successores quo scūnq; prædicto &  
omni successionis iure etiā sine præiudicio prioris pri-  
uationis Sixti pdecessoris huiusmodi quā pppter reci-  
diuationē ingratitudinē/criminū & delictorum dicti  
Alphōsi hmoi/iurib⁹ subsistere & tenere decernimus  
in perpetuū omnino de nouo priuatos ac inhabiles &  
indignos ad illa & quelibet alia similia uel dissimilia  
imposterum obtinenda/ad quoslibet actus legitimos  
exercendos/ ciuitatesq; castra/oppida/terrās/fortilicia/  
loca & alia oīa prædicta cōfiscata fuisse & esse: a præ-  
dictis priuationis & inhabilitationis poēnis:neminem  
ex familia sua etiā ptextu minoris etatis:aut sexus ex-  
cusari secp tueri posse:quominus pppter tot excessus a  
dicto Alphonso eiusq; genitore ppetratos: hmoi poē-  
nis oīo irretiti & innodati cēseant. De fratrū prædicto  
rum consilio pariter & assensu ac apostolicæ potesta-  
tis plenitudine & ex certa nostra scientia auctoritate  
præfata/tenore presentiū declaramus: Et nihilominus  
sententiando priuamus & inhabilitamus dictosq; Du-  
catum & Vicariatū Ferr. cū omnibus ciuitatibus: Ca-  
stris Oppidis & fœudis que a dicta Ro.ecclesia quo-  
modolibet obtinebat: Cū oībus iuribus & pertinentiis  
suis & omni integritate ad dictā Ro.ecclesiā legitime  
deuolutas & deuoluta ac reuersa fore decernimus per

præmissa. Et omnes etiā ecclesiasticos Vicariatū Du-  
catus Cūsitatū Terrarū Castroꝝ Oppidoꝝ & Locorū  
prædictorum incolas & habitatores cuiuscūq; digni-  
tatis status gradus ordinis & conditionis existent: ac  
artium illorum castellanos qui ei fidelitatis iuramen-  
to tenebantur astricti: a iuramento huiusmodi absolu-  
uentes illudq; eis relaxātes supplētes quoq; similibus  
consilio assensu scientia auctoritate & potestatis plen-  
tudine omnes & singulos tam iuris q̄ facti & quarū-  
cunq; aliaꝝ solemnitatum etiā substātialiū etiam cita-  
tionum omissarum ac pcessuum deectus etiā rite non  
habitorum cum omnia præmissa uel saltem plura ex  
eis quæ ad declarationē priuationē & inhabilitationē  
huiusmodi plenarie sufficiūt ut prefertur nobis notissi-  
ma & cognita ac etiā facti permanētis notoria indubi-  
tata & nullo modo nulla ue allegatione excusabilia fo-  
re noscanē prout sunt quæ in præmissis uel aliquo eoꝝ  
quomodolibet interuenerint: Ac decernentes declarā-  
tes & determinantes ea sic fuisse & esse facti permanē-  
tis notoria nullaque iuris solemnitate indigere ac inex-  
cusabilia: Et præsentes litteras adpleniſſime probādū  
crimina excessus delicta nostramq; & indubitatā sciē-  
tiā notoriētatem quoque præmissam nullo modo  
nulla ue allegatione excusabilē huiusmodi ac oīa & sin-  
gula alia præmissa ubiq; etiam in iudicio & extra suffi-  
cere nec ad id probationis alterius admīniculum ullo  
unq; tempore requiri sicq; per quoscunq; iudices & cō-  
missarios etiā eiusdē Ro. ecclesię cardinales & causag;

palatii Apostolici auditores in quacumque insuffia sub  
 lata eis & cui liber eorum quavis alia interpretandi facul-  
 tate sententiari diffiniri interpretari & iudicari debe-  
 re. irritum quoque & inane si secus super his a quoqua  
 quavis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit at-  
 terari: & insuper Alphon. & alios priuatos Ferrarieñ.  
 & alias Ciuitatum comitatus ac Terrarum Castrorum op-  
 pidorum & locorum Vicariatus & Ducatus huius uni-  
 uersitates: ac arcium castellanos ac Ciuitatum & locorum  
 huius incolas & habitatores cuiuscumque dignitatis sta-  
 tus gradus ordinis nobilitatis præheminentiae & co-  
 ditionis fuerint in uirtute Sanctæ obedientiæ & sub  
 poenit infra scriptis quas contra facientes incurruere uo-  
 lumus ipso facto auctoritate præfata tenore punitum  
 requirimus & monemus eisdemque districte præcipi-  
 endo mandamus: quatenus omni excusatione cessan-  
 te oppositiōibusque exceptionibus & replicationibus  
 quibuscumque ad præmissorum & infra scriptorum execu-  
 tionē impediendā uel differēdā ēt ad nos uel sedem  
 predictam ēt a pcessu Francisci Car. & Legati huius  
 interpositis hactenus forsan & interponēdis imposta-  
 rū quas ex nunc put ex tunc nullas & de facto inter-  
 positas cū a sententia nostra præsertim cōcistorialiter &  
 de dictorū fratrū cōsilio lata appellari nequeat: fore  
 nunciamus infra sex dierum spaciū postquam præsentes  
 līe fuerint publicatæ: quorum duos pro primo: duos p  
 secundo: & reliquos duos dies pro tertio & ultimo &  
 peremptorio termino ac monitione Canonica eis om-  
 nibus & eorum singulis assignamus: uidelicet ne Al-

C

phonsus & alii priuati ac Castellani p̄fati de cætero  
de Ferrari, & aliis Ciuitatib⁹ Terris castris oppidis &  
locis ac arcibus Vicariatus & Ducatus hmōi utpote  
ad Ro. ecclesiā deuolutis se intromittant: quinimo  
Ciuitatū Terraꝝ Castroꝝ Oppidorū fortilitiorꝝ & lo-  
corū & artiū Vicariatus & Ducatus hmōi possessio-  
nē uacuā & expeditam nobis & dictæ Ro. ecclesiæ  
dimittant. Cōitates uero & uniuersitates & illarum  
singulares personæ ac incolæ & habitatores Ciuita-  
tū Terraꝝ Castroꝝ Oppidorꝝ & locoꝝ ac artiū & for-  
tilitorū Vicariatus & Ducatus huiusmodi castella-  
ni ab ipsis Alphonsi subiecriōe p̄sus liberati se ac  
Ferra. & alias Ciuitates Terras Castra Oppida & lo-  
ca Vicariatus & Ducatus hmōi subtrahant: & ab oī  
obedientia eiusdem Alphonsi: ac nos & pro tpe exi-  
stentē Ro. Pontificē īmediatū dñum & superiorē pe-  
nitus & oīno recognoscāt ut tenent̄. Et nisi Alphon-  
sus & alii priuati præfati inde discesserint: eos p̄sona  
liter detentos & captos ad nos trāsmittāt: uel saltem  
de Ciuitatibus Terris Castris Oppidis Arcibus For-  
tiliciis & locis prædictis etiā ui armoꝝ ubi opus fue-  
rit reiiciant & expellant. Alioquin lapsis sex diebus  
hmōi in Alphonsum & illius fautores cōsultores ad  
herentes complices & sequacces & quēlibet eorū: ac si  
nominatim singuli p̄nibus essēt expressi singulares  
personas cōitarū & uniuersitatū: ac incolas & habi-  
tatores hmōi: qui sic non paruerint aut ut non parea-  
tur seu pareri differrat cōsuluerint suaserint fecerit di-  
xerint uel p̄curauerint seu alias qualitercūq; in hoc

culpabiles fuerint directe uel idirecte tacite uel exp̄  
 se/necnō ex nunc prout ex tunc de corūdē fratrib̄ cō  
 filio maioris excōis sententiā promulgamus in his scri  
 ptis:& illos illā incurrere uolumus eo ipso/a qua præ  
 terq̄ in mortis articulo cōstituti ab alio q̄ a Ro. Pontifi  
 ce etiā p̄textu cuiuscūq; facultatis cuicunq; pro tēpore  
 desup cōcessa nequeāt absolutionis beneficiū obtine  
 re. Itē ut siquē eorū tanq̄ in tali articulo cōstitutū ab  
 solui contingat:qui postmodū cōualuerit in eādē ex  
 cōmunicationis s̄niām reūcidat eo ipso/nisi post con  
 ualescētiā monitioni & mādato nostris p̄dictis parue  
 rit cū effectu/& si moniti & excōicati prædicti dictam  
 excōis sentetiā per alios tres dies dictos sex dies im  
 mediate sequeutes aīo quod absit substinuerint indu  
 rato/s̄niām ipsam aggrauamus:ac ex nūc prout ex tūc  
 Ferra.& alias Ciuitates/Terras/Castrā/Oppida/& lo  
 ca Vīcariatus & Ducatus hmōi/& que ī illis sūt/eccle  
 sias monasteria ac religiosa & pia loca q̄cūq; de eorū  
 dē fratrū cōsilio p̄dicta māctoritate ecclesiastico subii  
 cimus iterdicto:ita ut illo durāte ī illis/et p̄textu cuius  
 uis etiā apostolici indulti p̄sonis ordinibus uel locis cō  
 cessi p̄terq̄ ī casibus a iure pmissis:& et ī illis alias q̄ ia  
 nuis clausis ac excōicatis & iterdictis exclusis nequeāt  
 missae & alia diuina officia celebrari. Si uero moniti &  
 excōicati ac iterdicti p̄dicti p̄ alios tres dies dictos ulti  
 mos tres dies immediate sequētes ad cor reuerti & no  
 stris monitioni & mandato prædictis obtemperare dī  
 stulerint & in sua uoluerint cordis duritiae & peruersa

obstinatione permanere: eos & quilibet eorum reaggra-  
uationis anathematizationis & maledictionis ac damnationis  
mucrone percurrimus/ac oium ecclesiasticorum cesa-  
rag: laqueis ligatos & irretitos esse decernimus: ac eos-  
dem monitos excōicatos aggrauatos interdictos & ana-  
thematisatos & maledictos ut præferent in eorum proter-  
uia pseuerates: reos criminis lessē maiestatis: & ab oibz  
dictæ Ro. ecclesiæ deuotis cū eorum bonis ppetuo diffi-  
datos dicta auctoritate & potestatis plenitudine decer-  
nimus: & generaliter Ciuitates/Terras/Oppida/Loca  
quæcūq; ad quæ aliquē eorumdē excōicatorū declinare  
contigerit: quādiu ibidē permanserit: & triduo post re-  
cessum eiusdē simili interdicto subiicimus: necnō mo-  
nitos/excōicatos/aggrauatos/anathematizatos/& ma-  
ledictos dignitatibus & honoribus in quibus constitu-  
ti existunt: & tam ipsos q; Cōitates/Castræ/Oppida/ &  
loca predicta oibz priuilegiis & indultis etiam studii  
generalis/cōcessionibus/& gratiis/dignitatibus/hono-  
ribus/quibus utunt & gaudēt/seu muniti sunt:necnō  
bonis oibz que ī fœudum/uel in emphytheosim seu  
alias a p̄fata Ro. eccl. uel ab aliis ecclesiis monasteriis  
& locis ecclesiasticis obtinēt: penitus priuamus dictaq;  
bona fœudalia uel emphytheotica & alia ab ecclesiis  
obtenta ad dominos suos reuerti debere: ita ut de illis  
libere disponere possint decernimus: & si aliqui ex mo-  
nitis excōunicatis aggrauatis reaggrauatis anathe-  
matizatis & maledictis p̄dictis clerici sacerdotes uel re-  
gulares/uel alias religiosi prelati uel Administratores

Rectores ecclesiarum monasteriorum cōuentuum & Beneficiati quoquis modo & in sacris ordinibus cōstituti fuerint: illos Prælaturis administrationibus / regimineque prædictis / ac oībus & singulis beneficiis / dignitatibus / personatibus / officiis / canoniciatibus / & præbēdīs / aliisque beneficiis / & titulis ecclesiasticis & ordinibus etiā sacerdotalibus ad quos promoti forent: sine ulla spe restitutio-  
nisi priuatos esse p̄ p̄sentes decernimus: q̄q; de be-  
neficiis illis possit & debeat per Sedem prædictā dūta-  
xat: seu ab illa facultatē specialē habētes absq; alia de-  
claratione incursus pœnē hmōi libere illico prouideri.  
Quinimmo Cathedraliū & alias Ecclesiarum hmōi pre-  
lati / canonici & capituli / parochialiū ecclesiarū Re-  
ctoribus / Abbatibus / Prioribus / Monacis etiam con-  
gregationum quarūcūq; custodib; guardianis fratrū  
prædicatorū & minorū & aliis sacerdotalibus clericis uel  
regularibus ac Scolaribus ibidē studii causa degenti-  
bus / Episcoporū Vicariis ciuitatū earūdē dūtaxat ex-  
ceptis: ut infra dictos tres dies ultimo dictos de ciuita-  
tib; Vicariatus & Ducatus huiusmodi sub dictis pœ-  
nis quas ipso facto eos incurtere uolumus exeant mā-  
damus / dimissis in dictis ecclesiis aliquibus presbyte-  
ris qui pro ministrādo baptismate paruulorū pœnitē-  
tia decederētiū & aliis sacramētis ecclesiasticis quæ tēpo-  
re interdicti ministrari permittunt (ut prefertur) neq;  
ad loca ipsa reuertantur / donec moniti excōicati aggra-  
uati reaggrauati anathemazati & maledicti prædicti  
nostro mādato obtēperauerint: & moeruerint iterdicti

hmoi relaxatione obtinere & insup ut p seueritatē ultionis prefati moniti excōicati aggrauati reaggrauati anathematizati & maledicti ad cor redire compellantur illos nisi resipuerint ac monitioni & mādatis prædictis obedierint decernimus infames eē;ne ad dignitates honores & officia aspirare aut ascēdere: testimoniū perhibere: testamēta & codicillos condere alicuius successionē ex testō uel ab intestato acqrere legata uel donationes capere: iurisdictionē exercere: cōpromissū in se suscipere ī causis pcurare uel postulare: de instru mētis si notariū fuerint rogari: credita ab eorum debitoribus exigere quoū modo ualānet: filii quoq; ne potes & descēdētes eorū usq; ad quartā generationē: tā ecclesiis/monasteriis/dignitatibus/canonicatibus/& præbēdis ecclesiasticis q̄ etiā honoribus/dignitatibus/ & officiis secularibus siqua obtinēt priuati existnnt:& de cætero ad similia:& ordines ecclesiasticos inhabiles penitus reputēt. Rursus uniuersis & singulis aliis xpi fidelibus iniungim̄us:ut monitos excōicatos aggra uatos/reaggrauatos/anathematizatos/& maledictos p̄dictos euitent:& quātū in eis est euitari faciant:nec cum eisdē cōmerciū aliquā ue cōuersationē habeāt:aut eis prestēt aliqd cōsiliū auxiliū uel fauore. Nos.n.loca ad quē aliquē excōicatori eorū dē declināt cōtigerit:qđiu ī illis scienter eos stare p̄mitti cōtigerit:& triduo post eorū inde discessum ac ecclesias monasteria religiosa & pia loca quæcūq; quæ in illis sunt:ecclesiastico subiū cimus interdicto:inhibemus quoq; oībus & singulis

tēporalia dñia obtinētibus etiā Regali: Ducali: Principatus: Marchionatus: Comitatus. uel alia dignitate fungētibus. Vnūuersitatibus: Cōitatibus quācūq; potētiā & dominiū obtinētibus: ne cū eis dē monitis excōmunicatis aggrauatis reaggrauatis anathæmatizatis & maledictis cōitatibus Ciuitatibus Vicarius & Ducatus hmōi & Alphonso directe uel indirecte maxime ad impediendū recuperationē Ciuitatū Terrarū Castroꝝ Oppidorū Fortiliciorū & locorū uicariatus & Ducatus hmōi uel ad defensionē seu auxilium eorūdē se nobis uel pro eadē Ro. ecclesia agētibus: aut ad motionē belli opponāt in præiudicium Ro. ecclesiæ tendentis ligā uel cōfederationē seu colligationem protectionē defensionem suscipiant uel intelligentiā ineant aut hactenus forsan initas factas conclusas & susceptas quæ quatenus ad præiudicium prædictæ ecclisiæ Ro. tendant ēt si pœnarū adiectiōe iuramentoꝝ sint uallatae illarum tenores ac si pñtihō insererentur pro expressis habentes non tenere: & nemini quominus eis dē monitis & excōicatis fauēdo sub colore earū cēsuras pñdictas īcurrāt: excusationē pñstare posse declaramus obseruent quoquomō: uniuersis quoq; Ducibus Marchiōibus comitib; Baroniis domicellis fœudatariis Vicariis uasallis & aliis qbuscūq; in tpalibus pñfatæ ecclesiæ Ro. mediate uel īmediate qñolibet subiectis & nō subiectis districte pñcipimus & mādamus ne de coetero ad stipēdia dicti Alphonsi aut ei fauentium militare aut eorum stipēdia capere seu ad stipendia huiusmodi uel alias cum

eis se uel suos armigeros ac sequaces locare eisq; aliqd auxilium uel fauorē quoquomodo præstare audeant. Quinimmo si qui cū eisdem ad presens militant:quia in omni obligatione excepta semp intelligit reuerentia & obediētia Ro. Pont. non obstante quacūq; obligationis formula/qua obligati forēt:quaꝝ quatenus cōtra præfatam Ro. ecclesiam militare promisissent non astringit eosdē & nullius est roboris uel momenti/infra octo dies a publicatione presentiū computādos ab ipso Alphonso eiusq; obsequiis & stipendiis omnino recedant:& in oēs & singulos ex eis qui contra mādatum hmōi facere uel etiā uenire temptauerint/quoquo modo per se uel alios directe uel indirecte similis extōicationis necnō anathematis maledictionis & priuatis ac inhabilitationis/necnō in terras dominia & loca eorū si qua tunc eos habere & obtinere contingerit: in terdicti:& in eos eorumq; descendētes priuationis dignitatū dominior̄ fœudor̄ & honor̄ ac priuilegior̄ gratiarū & beneficior̄ eclesiasticor̄ ac inhabilitatis dominiorū & bonorum confiscationis sententias cēsuras & poenas ex nunc prout ex tunc promulgamus: eosq; illas absq; alia ulteriori monitione incurrere uolumus eo ipso/a quibus non possint ab alio q̄ a Ro. Pont. ab solutionis beneficiū obtinere. Cæterum si moniti ex-comunicati aggrauati reaggrauati anathematizati & maledicti priuati & inhabilitati p̄dicti:postq; priuationis & inhabilitationis poenas prædictas incurrerint: obstinata animi duricie nostris monitioni & mandato

prædictis ulterius distulerint obtēperare ex nūc prout  
 ex tunc omnes Reges/Duces/Principes/Marchiones  
 Barones/Comites Vniuersitates/& quoscunq; alios  
 terrarū Dños/& Gentiu armorū Capitaneos/ad quo-  
 rūcūq; fideliū stipēdia militātes/& alias quascūq; peri-  
 sonas tam per mare q; per terrā potestatem habētes re-  
 quirimus p p̄sentes:eisq; & cuilibet ipsorum in uirtute  
 sanctæ obediētiax præcipimus & mādamus quatenus  
 cōtra eosdē monitos nō parentes:ac in sua obstinatio-  
 ne perseuerantes protuitione iuriū & honore dictx se-  
 dis armis insurgant/eosq; prosequi & debellare ac ad  
 nos & pro tēpore existētē Ro,Pon,immediatū domi-  
 num & superiorē ciuitatū/terraꝝ/castroꝝ/oppidorum/  
 fortilitiorꝝ/& locorꝝ Vicariatus & Ducat⁹ huiusmodi  
 recognoscendū & ad nostram obedientiā redeundum  
 & dictum Alphonsum ex dictis Vicariatu Ducatu &  
 fœudis expellendum cogere procuret:& in ipsoꝝ mo-  
 nitorū excōicatoꝝ aggrauatoꝝ reaggrauatoꝝ anathe-  
 matizatorū maledictorum priuatorꝝ & inhabilitatorꝝ  
 poenam quoscūq; Ciuitatū/Terrarum/Castroꝝ/Opi-  
 pidorū/Fortilitiorꝝ/& Locorū Vicariatus & Ducatus  
 huiusmodi quoꝝ Cōmunitates Vniuersitates & Inco-  
 lę prefatū Alphonsum in eoz dñm recognoscere & ei  
 ut eorū dño obtemperare p̄lumpserint:ipsumq; in lo-  
 cis Vicariatus Ducatus & fœudorum huiusmodi stare  
 permiserint:ubiq; eos inuenient capiat & captiuos  
 teneant/eorumq; merchantias/credita/res/& bona oia  
 in proprios usus conuertant,Nos enim auctoritatē &

D

plenitudine potestatis præmissis ipsis arma sumeti-  
bus & aliquos eorunde Vicariatus & Ducatus huius-  
modi tūc eidē Alphonso ob temperantiū/eorūq; res &  
bona capientibus uniuersa pecunias iocalia mercātias  
animalia res & bona mobilia & immobilia ubiq; loco  
rum etiā extra loca/ Vicariatus & Ducatus Ferra.hu-  
iusmodi quæ sic ceperint eis in prædā concedimus &  
uolumus illa ad eosdem capientes pleno iure pertine-  
re & personas ex ciuitatibus/terrīs/castris/oppidis/for-  
tilitiis/locis/Vicariatus/Ducatus & fœudor; huiusmo-  
di quoq; Cōitates & Vniuersitates ab ipsius Alphonsi  
obediētia se nō subtraxerint:& illū captiuū ad nos nō  
transmiserint seu saltem ex locis Vicariatus Ducatus  
& fœudor; hmōi: etiā si opus fuerit armis expulerint/  
prout eis mandat per presentes: originē trahentes; seu  
in illis domiciliū habētes quas ubiq; locoq; capi conti-  
gerit seruos fieri capientiū:concedimus quoq; eisdem  
qui sic cōtra easdem personas bello se opposuerint &  
ad recuperationē ciuitatū/terrā/castrorum/oppidorū/  
fortilitiorum omnium & locorum Vicariatus Duca-  
tus & fœudor; huiusmodi quomolibet præstiterint au-  
xiliū/cōsiliū uel fauorē plenariā oīum peccatorū suor;/  
indulgentiam & remissionē & si qui Reges/ Duces/  
Principes/Marchiones/Comites/Barones/Cōitates/  
Vniuersitates/Collegia tam in Italia q; extra Italiam cō-  
stituta;& quævis alia etiā particulares psonae per se uel  
aliū seu alios publice uel occulte directe uel indirecte  
quouis que sito colore eisdem Alphonso & aliis perso-

his/Vicariatus/Ducatus & fœudorum hmoi cōtra recuperationē ciuitatū/terraꝝ/castrogꝝ/oppidorū/arcium fortitiorū & locorū/Vicariatus/Ducatus fœudorꝝ huiusmodi:quæ ad dictā Ro.ecclesiam deuoluta sunt ut præsert̄:arma pecunia/aut cōmeatū/ministrare:seu auxiliū cōsiliū uel fauorē quo uis modo p̄bere præsumperint/aut cū cōmode possent a spolio dep̄datione & captura personarū Ciuitatū/Castrogꝝ/Oppidogꝝ/Fortitioꝝ/Arciū/& locoꝝ Vicariatus/Ducatus & fœudorꝝ huiusmodi/ac quæ ipse Alphonsus tēpore priuationis huiusmodi obtinebat abstinuerint:qcunqꝝ fuerint etiā quacūqꝝ celsa etiā regali prædicti dignitate maledicti & excōicati existant:& diuino pcussi anathemate/nec de salute animæ sperent nisi ante finem uitæ pœnitentiā agentes Apostolica fuerint auctoritate absoluti. Vniuersitates uero sciant sibi diuinitus penitus interdictū & nisi se correxerint diuīnā expectēt ultiōne:Et nihilominus eorū singulares psonæ paribus excōis sententia & aliis pœnis quib⁹ alií excōicati prædicti exinde innodati existant:& ut præmissa omnibus innoscant. Vniuersis & singulis Patriarcis Archiepiscopis Episcopis Patriarchalium Metropolitanarū & aliarū chedralium & collegiatarꝝ ecclesiarū prælatis capitulis & personis aliis ecclesiasticis etiā quorūuis ordinū etiā mendicantiū religiosis exemptis & non exemptis ubiqꝝ locorū & præsertim in Italia constitutis:mandamus quatenus ipsi & quilibet eorum sub similibus cēsuris & pœnis per eos & singulares personas eorūdem

capitulorum si postque uigore presentium requisiiti fuerint infra tres dies quorum unum pro primo & alium pro secundo ac reliquu pro tertio & peremptorio termino canonica monitione præmissa assignamus non paruerint eo ipso incurredisse: eosdem monitos excōmunicatos aggrauatos reaggrauatos anathematizatos interdictos priuatos & inhabilitatos præfatos & decur-  
sis eis assignatis terminis prædictis si non paruerint & ab ipsius Alphonsi obedientia se non subtraxerint & illum captiuum ad nos transmiserint: seu saltem ex locis Vicariatus Ducatus & fœudorū huiusmodi etiā armis expulerint: in eorum ecclesiis dominicis & aliis festiis diebus dum maior inibi populi multitudo conuenierit ad diuina cū crucis uexillo pulsatis campanis & accensis candelis ac demum extinctis & in terrā projectis & conculcatis cū trina lapidu projectione: aliisque in talibus seruari solitis ceremoniis excōmunicatos & alias ut prefertur irretitos publice nuncient ac faciant & mandent: ab aliis nunciari & ab omnibus arctius euitari. Necnō omnibus aliis Christi fidelibus ut eos euitent: & pari modo sub prædictis censuris & poenis præsentes litteras uel easq; transumptu sub forma infra scripta factum: infra terminum trium dieru ut præferatur præfixum in ecclesiis monasteriis conuentibus & aliis eorum locis publicari & affigi faciant: & eisdem monitis propter eoru cōtumaciā cuncta necessaria denegēt ministrare: donec corde compuncti spiritu assumētes consilii sanioris nostris monitionibus & mandatis præ-

35

dictis obtemperauerint & mœruerint a censuris & poenitentia  
prædictis absolutionis & restitutionis beneficium  
ac alias integrâ reconciliationis gratiâ a nobis & Sede  
prædicta obtinere. Excõicamus quoq; & censuris præ  
dictis inodamus oës cuiuscumq; status, dignitatis, gra-  
dus, ordinis & conditionis fuerint. Qui quominus præ  
sentes litteræ nostræ uel earum transumpta, copiæ, seu  
exemplaria in suis terris aut dominiis legi affligi, aut pu-  
blicari, ac in omniū notitiā deduci possint, fecerint, uel  
procurauerint quoquomodo ecclesiis quoq; monasteriis  
conuentibus & aliis quibusuis sacris locis, in quibus  
denegatū fuerit per illarum Prælatos & personas, litte-  
ras ipsas publicari: omnia priuilegia indulta & gratias  
a sede prædicta cõcessa: adempta esse uolumus. Postre-  
mo q[uod]a difficile foret p[ro]sentes litteras ad singula quæq;  
loca deferri: i[n] q[ui]bus earum publicatio necessaria foret.  
Volumus & p[ro]fata Apostolica auctoritate decernimus  
quod ea[re] transumpto manu notarii publici confecto  
seu saltem subscripto, & sigillo alicuius prælati ecclesia-  
stici munito ubiq; stetur: prout originalibus l[et]ris stare-  
tur si essent exhibitæ uel ostese. Et cū p[ro]sentes l[et]re Ferr.  
propter ipsius Alphonsi rebellionem tute nequeat pu-  
blicari: ne Alphonsus & alii priuati excõicati, aggrauati  
reaggrauati, anathematizati, & maledicti: ac alii quos  
litteræ ipsæ contingunt: quibus ue aliquid mandatur  
uel prohibetur per easdē ualeant de p[re]missis ignoran-  
tiā allegare: & pretextu ignorantiae si non paruerint  
uel amen excusationis assumat. Et ut ad ipsorum notitiā

deducantur. Volumus & mādamus illa in Valuis Ba  
silicarū Principis Apostolorū & Sancti Ioānis Lateri,  
de Vrbe affigi: quodq; līx ipsæ post affixionē p̄dictā  
ipsoſ Alphonſum & alioſ priuatoſ ac monitoſ & ſub  
illis comprehenſoſ perinde arctent: ac ſi litteræ ipſæ  
eideſ Alphonſo & aliis priuatiſ ac monitiſ & ſub illiſ  
comprehensiſ & eorū cuilibet præſentialiter intimatæ  
fuiffent. Non obſtātibus præmiſſiſ ac cōſtitutioniſ  
& ordinationiſ Apoſtolicis etiā in quibusuiſ cōci-  
liiſ editiſ contrariiſ quibuscūq;. Aut ſi Alphonſo nec  
non cāteriſ oībuſ & ſinguliſ præſatiſ etiā Archiepiſi-  
Epiſ/ Regiбуſ/ Principiбуſ/ Fœudatariiſ/ Ciuibus/ in  
coliſ & Habitatoriбуſ & aliis monitiſ præſatiſ uel qui  
buſuiſ aliis cōiter uel diuifim ab eadē ſit ſede indultū  
quod interdiſi ſuſpedi uel excōicari: aut propterea pri-  
uari & inhabiſles reddi nō poſſiunt: per litteras Apoſto-  
liſas non facienteſ plenā & expressam ac de uerbo ad  
uerbū de indulto huiuſmodi mentionē. Et quibusli-  
bet aliis priuilegiiſ indulgentiiaſ & līſiſ apoteſolicis ſpe-  
cialiбуſ uel generaliбуſ quorūcūq; tenorū exiſtāt: per  
quaꝝ p̄ntiбуſ non iſerta effectuſ earū impediſi ualeat  
quomodo libet uel differri & de qbiſ quorūq; totiſ te-  
noribuſ de uerbo ad uerbū ſit in noſtriſ līſiſ mētio ſpe-  
cialiſ hñda quaꝝ quo ad hoc cuiq; nolumuſ aliquateſ  
nus ſuffragari. Nulli ergo omnino hoſium liceat hanc  
paginā noſtrię declarationiſ/priuationiſ/inabilitatio-  
niſ/absolutioniſ/relaxationiſ/suppletioniſ/determina-  
tioniſ/requisitioniſ/monitioniſ/mandati nunciatio-

60

nis assignationis/promulgationis/aggrauationis/sub-  
iectionis/percussionis/decreti/priuationis/intimatio-  
nis/inhibitionis/præceptionis/cōcessionis/excomuni-  
canis/innodationis & uoluntatis infringere uel ei ausu  
tēmerario cōtraire. Siq[ue]s autē h[ab]et attemp[er]are præsump[er]se  
rit; indignationem omnipotētis Dei Beatorū Petri &  
Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Datū  
Romē apud Sāctū Petrū Anno Incarnationis Dñice  
M.D.X. Quinto Idus Augusti Pontificatus nostri  
Anno septimo.

Sigismundus.

A tergo autem supradictarum litterarum Apostolica-  
rum infrascripta uerba erant.

ANNO a Natiuitate Dñi. MDX. Indic. XIII. Die  
uero. XIII. Mensis Augusti Pontificatus Sāctissimi  
in Xpo Patris & Dñi Nři: Dñi Iulii Diuina Prouidē  
tia Papæ. II. Anno. VII. Pñtes Retroscrip. Līx Apostolicæ  
Præfati Dñi Nři Papæ fuerunt affixæ & publi-  
catæ in sancti Ioānis de Laterano: & Sācti Petri Prin-  
cipis Apostolog⁹ de Vrbe Basilicar⁹ ac Cācellarie⁹ apo-  
stolicę Valuis seu portis p nos Cursores infrascriptos.  
Videlz Frāciscū Vaca: & me Petrinū boziū cursores.

Ia. Questemberg.

Impressum Bononiæ. M.D.X. Die. xxiii.

